

TOPICON  
MILITIAE  
FORENSIS, ET

Disciplinæ Legalis Enchiridion, Apho-  
rismis, Canonib. & Titul. legalib. illustre;

*In quo diuini & humani iuris elementa ad germanam  
Iurisprudentiae methodum prolixoria breviter explicantur:*

IULIANO TABOETIO, I. C. AVTORE.

AD Eminentis eruditionis optimatem, & magis  
victutis synedrum, MICHAEL HOSPITALEM,  
Galliatum Cancellarium.



Edela libreria  
Dirige c. L. Diego de la Fuente Hurtado  
LVGDVN

EXCVDEBAT NICOL. EDOARDVS

M. D. L X.

Non. A 2. cap. 3

Non. 30

de Collage All. Edel  
Comte de Sis de Salas



ILLVSTRISSIMO  
Togatæ classis principi,  
MICHAELI HOSPITALI,  
GALLIARVM PAPINIANO

IVL. TABOETIVS

**C**I V I L I S Disciplinæ, & militiæ legalis Enchiridion tibi consecratum, ut non-nihil ex pectationis in ipso pollicetur aditu, suòque nomini ad prime venusto respondeat, miscellanea dictionum quasi sylva, in ipsis foribus locupletare, Topicis deinde coloribus, & argumentis ad Iurisconsultos spectantibus, illustrare statui: quò prodeat in lucem aliquanto plausibilis, in candidæ iuuentutis, analyticam methodum expectantis, gratiam, & usum omnium, qui forensis eloquentiæ candidati, causarum actiones in Basilicano profitentur oraculo. In cuius operis lamine prima quædam perquā humilia togatæ, & urbanæ militiæ rudimenta, quasi rudiariis, inserui, ut tyronibus in castris Iustiniani stipendia facturis, elementarium quoddam Romani iuris esset promptuarium, vnde boni, & æqui præpotens methodus, & prolusoria iuris prudentiæ syntaxis exiret: vnde

6  
ELEMENTARIA  
in Enchiridion Præfatio.

V N D E I V R I S M E T H O D U S  
C O N C I L I A N D A.



R TIFICIOSA Romanæ iuris-  
prudentiæ syntaxis, à triplici, persona-  
rum, rerum, & actionum conciliatur  
notio[n]e, quam triplex Pandectarum  
tomus vber[t]im officiosis lectoribus suppeditat, qui-  
bus recentiores urbanæ, & legalis militiæ professio-  
res assidui, & scriptores classici, suadent non aliun-  
de petendam utriusque iuris supellec[t]ilem, quām à  
titulis Digestorum, Codicis, & reliquorum totius  
legitimi corporis voluminum, & ab eisdem sapien-  
tiæ latialis analysin Topicam pendere. Quorum  
placitis adquiescere prorsus, & eorum symbolis asti-  
pulari neque possum, neque debeo: tantum abest,  
ut suffragio (vt aiunt) colophonio tueri velim ea,  
quæ cum veritate, filia Temporis, ex diametro pu-  
gnare videantur. Explodendos autem illos non cé-  
leo maiores nostros, imò vehementer, & impensè  
venerandos, atque colendos obnixè: vt qui fene-  
stram laboribus immodicis aperuerint inuestigan-  
dæ, & illustrandæ veritati consentaneam: cuius elo-  
gio persuasus, citra mordaces dubitationis aculeos  
affir-

ENCHIRIDI  
LEGALIS TOPICI  
ET CIVILIS

TOMVS SECUNDVS,

A D habendam Romani Iuris methodum preparatorius,

*Juliano Taboëtio Iureconsulto autore.*

A D Petrum Sequerium, Iurisprudentiæ bonis & eximia probitate suspiciendum, Parisiensi in senatu Præsidem Tribunalitum nostri seculi Catonem.



L V G D V N I  
EXCVDEBAT NICOL. EDOARDVS  
M. D. L X.



OPTIMO ET GRA-  
VISSIMO CENSORI, APVD  
PARRISIOS PETRO SEQVERIO

PRÆSIDI

*Iulianus Taboëtius felicitatem precatur aeternam.*



MEIS non dux irationibus alienum,  
Præses multis nominibus illustris, alte-  
ram Legalis Enchiridij sectionem of-  
ferre tibi: quam furtivis, & anteluca-  
nis vigiliis, captiuis & apolis, sub alieno mancipio,  
& inter malleum & incudem (ut aiunt) constitutus,  
rudiore filo prætexui, in gratiam mediussidius &  
eorum, qui primigeniam ciuilis studij syntaxin à  
geminò cupiunt ouo, à prima linea, & à summo ca-  
pite complecti, magistratuūmque decurias, classes,  
vitia, fordes, & animi & corporis morbos gradatim  
& fæliciter intelligere contendunt. Hunc itaque  
leuis armaturæ libellum in vinculis & in lach Pro-  
serpinæ contextum, tametsi tuis indignus oculis, ve-  
lut illaboratus, inelegans & acosmius videri potest,  
liberali tamen vultu, ut omnia soles, excipias, ab eo,  
qui pristina libertate, postliminio commeatu do-  
natus, analyticam iurisprudentiæ methodum edere  
propediem, in studiose iuuentutis usum non despe-



# QVAM METHODVM

SEQVI DEBEAT ROMANI

IVRIS PROFESSOR, CIVILIS

SAPIENTIÆ CANDIDATVS.



YROCINIVM in iuris studio faturus, ante omnia methodum sibi debet præscribere, & circa illam eniti nervis omnibus, elaborare & meditari, donec felicibus auspiciis assequatur artificiosam iuris disciplinā: quæ (punctis omnium candidioris suffragij & censuræ mortalium) haetenus confusanea, & indigesta, meandris pluribus, glossis plusquam Gotthiçis & rapsodiis obnoxia permanuit, propter inclemantium temporis, & ciuilium diuortiorum impetus, per quos minimè licuit, augustā iuris prudetiæ maiestatem in pristino statu retinere. Duplex porro methodus in omni statuitur disciplina: vnde prodeunt analyses, axiomata, loci communes, theorematæ, & apodixes solidæ, Critica, & topica. Critica vocatur iudiciaria, quæ spectat ad argutioris Sophiæ professores: Topica vero, ad discipline communioris usum refertur.

Critica methodus, tribus constat membris

{  
 analysi  
 synthesis  
 dieresi.

Suntupisus dñp.	Dicoctas tenuicostatus tenuimaculata	Zygaea? acutipetala? sp. ssp. gallica?	Erodium chrysanthemoides.	Sinapis das dicotyledon, 2; dicoctylidicace	Turpilio
-----------------	--------------------------------------	--	---------------------------	---	----------

T

7

**L V G D V N I**  
**Excudebat Nicolaus Edoar-**  
**dus, Campanus, anno**  
**M. D. LX.**

EINIS

জনক কুমাৰ প্ৰসূতি কুমাৰ প্ৰসূতি